

CORRECTIO

culariter transformari non possunt, vt supradictum est per Aristotelem. Sciant artifices &c. Sed similia illis facere possunt, & tingere per rubeum citrinum vt videatur aurum, & album tingere albo, donec multum sit simile argento. Possunt quoque plumbi immundiciam abstergere, vel aliorum corporum ægrorum vt videatur aurum & argentum, Veruntamen plumbum manet semper plumbum, quia in se non habet qualitates digestas auri & argenti, vt dictum est supra: Vt hñ, qui accipiunt salē armoniacum, vel alia minora mineralia, ad illudendum homines, & coniungunt cuprum vel stannum cum Mercurio, vt appareat hominibus argentum, & aliquo modo fabricabile, & in igne examinabile, secundum eos qui in igne experti sunt. Qui tamen in hoc illuduntur, quia veram naturam argenteam in se non habent, sicut apparet in colore & examinatione. Prima ratio est: Cuprum continet in se aliquantulum mundum Mercurium, nisi in quantum ex sulphure existit de foris infectum, quia sulphur foetidū & adustibile in se habet quod ipsum comburit, & rubedinem non bene digestam habet, ratione sulphuris rubei & immundi, cum Mercurius habet substantiam præ sulphure, & ideo tardius deficit in igne quam plumbum vel stannum, quia Mercurius resistit igni, nisi in quantum violentus

Cuprum.

Sulphur comburit Mercurium.

lens